8. Norinbergae duo pastores remoti 21

S. D. Reverende vir & cariss. frater.
Scripta de controversia, Noribergae
docentib. proposuimus, cui subscripserunt
omnes, praeter duos, qui abdicarunt munus
docendi. Alterius tanta est inscitia
et audacia, ut solet ἀμαθία
θράσος ἀπεργάζεσθαι, ut diceret
Christum per accidens iustificare.
// Nunc vero his remotis a ministerio
// una est dei beneficio, vera et consen-
// tiens vox omnium docentium in
// Ecclesia Norinbergensi. Exempla
scripti tibi mitto. Nunc enim duae
paginae in officina typographica
absolutae sunt. Spero etiam ceteris
Ecclesiis hanc explicationem profuturam
esse. Diaconus quem vocastis
mihi notus est, spero modestum
fore & nostris monitis obtemperaturum
esse, quod ut faciat, hortatus sum diser-